Judicii factis exauditis et intellectis bona positione citationis et processu ea in causa bene obtento ad instantiis citato procedere decrevit nec apellationem per partem citatam ad tribunal Regni Lublin interpositam quia causa exemptionis et in executione rei iudicatae admisit. De qua non admissa tum et prosequenda contra Judicium et partem actoream est protestatum Judicium vero cum parte actorea se idem temere sed iure mediante fecisse reprotestatum est. Tandem inherendo negativae exceptioni citati eidem ignorantiam processus super se obtenti iuramento corporali super imaginem passionis Jesu crucifixi eradere mandavit. Verum quoniam eadem Pars actorea iuramentum hoc idem parti citatae Judicii liberel indulsit. Proinde cessato processu super originalem citationem respondere mandavit. Ex originali autem responsione Judicium hoc idem utrum tenentur actores docere de competentia actorabus sui nec ne ad sequentes Judiciales terminos proxime in Curia Regia Bransken celebrandos deliberavit et ad audiendam sententiam suam ex actu deliberationis sui decernendam parti utrique terminum paratum et peremptorie praefixit et conservavit decreti praesentis rigore.

Bankowski Kalecicki mofio

Proposuit Judicialiter et officiose Instigator Judicii praesentis sua cum infrascripta parte actorea contra infranominatos citatos ex citatione literali Castrensi Bransken pro terminis praesentibus extradita cuius tenor sequitur talis: Franciscus Joannes in Słocza Kępnowolski Bransken Capitaneus vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus Vobis Nobili Zachariae filio olim Nestoris Bankowski principali et Andreae Stanislao atque Georgio filiis olim Gnosi Vasily Kalecicki complicibus de bonis et personis vestris quatenus ut coram Judicio nostro Capitaneali in terminis Judicibus Capitanealibus Castrensibus in Curia Regia Bransken prius et proxime post datam et positionem huius citationis celebrandis personaliter et peremptorie compareatis. Ad instantiam Instigatoris Judicii nostri et eius delatorum Nobilium Christophori olim Nestoris Bankowski et [illegible] olim Joannis [illegible] genetricis eius actorum. Qui vos citant recedendo ab apellatione sua per se a decreto Judicii nostri quae ipsis de contentis citationis interdicta erat persistendoque praeadeo decreto in causa vobis principaliter instituta. Quia in vilipendium pacis et securitatis publicae nec metuendo poenas in legibus Regni contra seditiosos viarum publicarum intercessores sancitas ausi estis eosdem actores intercedendo viam publicam de oppido Bielsk ad villam Boronie proficiscentibus non habita authoritate legum publicarum vibratis frameis cum bombardis actores insontes pace publica assecuratos conculcare et ignominiose perfectum et equum coloris [illegible] valoris centum quinquaginta florenos conficere et ex bombardis occidere et pistoletij valoris triginta florenos ephippiumque valoris quindecim florenos

valoris quindecim floren violenter recipere prout interfecistis vulnera-
stis equum occidistis et pistolety ac ephippium recepistis poenasque
legum incurristis et procidere decernendi citati estis et dum citamini
ad videndum et attentandum poenas legum scilicet infamiae super vobis uti
interfectoribus viae publicae et pacis violatoribus decerni publicari et
in executione animadverti vel uti in termino latius deducentur contumacia
vestra non obstante judex sibi terminum attentatum et verso. Datum in cu-
ria Regia Varsaviensi feria secunda post festum sancti Bartholomaei
Apostoli proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Primo
Et post propositionem suam modo quo infra factam altera pars deducendo parti
citatae legitimo de termino statuit Nobilem regni [illegible] Provider Baltazarum
[illegible] qui citationis huius copiam sigillatam a duabus integris
ante terminum praesentem septimanis in bonis [illegible] pro-
prijs apud Nobilem Zachariam [illegible] unum ex citatis posuisse et
citationis publicasse recognovit Quo sic deducto citatisque [illegible] propo-
sitionem suae verificationem petijt partem citatam ad procedendum compelli
Et pro interesse Nobilis Zachariae [illegible] cui Bannitio obijcitur [illegible]
nisi irritantis ipsum sub beneficio iuris [illegible] produxerit non habere [illegible]
ac praeinsinuatur a [illegible] causae praesentis repelli. Ex parte vero prae-
fati Zachariae allegavit ipsum pro cassanda huiusmodi Bannitione agere
et ad praesens non teneri nec posse docere obmunimenta ad judicium [illegible]
requisita [illegible] dilatione [illegible] judicium praesens [illegible]
[illegible] partium [illegible] altera parte personaliter [illegible] vero
per Nobilem Martinum [illegible] ad tractandam causam praesentem [illegible] admis-
sum [illegible] facti [illegible] et intellectu tenori pro interesse [illegible] Zachariae
quoniam [illegible] Bannitio [illegible] in ju-
diciis [illegible] feria secunda post Dominicam Laetare Qua-
dragesimalem anno Millesimo sexcentesimo Quadragesimo Nono in causa ratio-
ne bovis in vim thelonei receptionis [illegible]
contra eundem Bannitionem docere [illegible] Tandem [illegible]
eiusdem Zachariae dilationem addocendum [illegible] Zacharias pro cas-
sando eiusmodi Bannitione agere ad sequentes Judicij terminos [illegible]
[illegible] dedit et [illegible] terminum parti utrique altera [illegible]
tandem Zachariam vero ad [illegible] satisfaciendum [illegible]
contra se juridice procedendum [illegible] Pro interesse
vero [illegible] quoniam altera pars [illegible] pro terminis
praesentibus [illegible] a decreto Judicij [illegible] quo mediante
teneri docere [illegible] citationis [illegible] est ad Tribunal Regni
Lublinense [illegible] Ideo in [illegible] prosequendi [illegible] ad videndum
[illegible] Idem decretum [illegible] de eodem [illegible] man-
davit [illegible] partibus Quoniam altera pars docendo
de contentis

de contentis citationis suae Produxit Protestationem ad quam egit ideo
partibus causam iniunxit In prosecutione vero causae Plenipotens citatorum
allegavit ipsos uti terrigenas Magni Ducatus Lithuaniae iurisdictioni praesenti
neq ratione bonorum neq ratione personarum subesse quandoquidem Regula iuris
dictat actorem forum rei sequi debere praecipue in causa mere civili quam
maltationis equi quae mere iudicii Terrestris adiudicandum incombit petendo
Principales suos a foro praesenti liberari et ad competens iudicium remis-
sa Protestatione contra actores de poena evocationis ex Magno Ducatu
Lithuaniae in Pallatinatum Podlachiae remitti alijs defensis salvis praecustoditis
E adverso actorea pars refutando diffugiosam exceptionem Plenipotentis cita-
torum allegavit ipsos forum iudicii praesentis nullatenus declinare posse
siquidem etiamsi ipsi sunt Terrigenae Magni Ducatus Lithuaniae attamen
et in hoc districtu possessiones suas habent praecipue vero respectu delicti
hoc in districtu patrati nam enim patratio delicti vinculum est iurisdictio-
nis et agitur ratione enormis excessus circa intercessionem vi liberi equi
loco [illegible] delatorum ex bombarda traiectionis depraedationis ignominiosae
tractationis et securitati publicae violationis quae causa iuxta praescriptum statuti
adiudicanda mere competit Petijt forum admitti et citatos ad respon-
dendum decreto suo astringi salvis probationibus salvis sibi praecustoditis
Iudicium praesens Castrense Capitaneale Branscense controversijs praefatarum
partium ut lege iudicio factis exauditis et intellectis eo attento quoniam
patratio delicti est vinculum iurisdictionis ideo foro admittendo parti
citatae procedere decrevit Per appellationem ab eodem decreto per
Plenipotentem citatorum ad Tribunal Regni interpositam iure com-
muni prohibente et parte actorea impugnante admitti denegavit
missa contra citatum et parte actorea de prosequendo est prolata
Tandem pars citata stando firmiter substitutione appellati sua
et iam delata causa prosequi offerendo allegavit actorem et actio-
nem esse incompetentem siquidem nulla criminis species ex
nexu Protestationis eliditur solummodo in eius [illegible] intentio
quidem quae magis respicit tantum refusionem damnorum et nulla
intercessit enormis vulneratio petendo se ab incompetenti actione
criminaliter instituta liberari effici In oppositum pars actorea
producta sua protestatione criminaliter facta allegavit et [illegible]
actores et actionem competentes esse et legitime criminaliter
seu etiam pro poenis arbitrarijs ex qualitate delicti promananti-
bus institutam esse intentio enim valet pro facto quia nisi deus per
explosionem ab ipsis bombardae contra delatores vim eorum divertisset
aliquem eorum vita privassent cum vero agitur tam enormis exces-
sus in persona delatorum patrati petijt competentem actionem
admitti et super citatis poenas excessui ipsorum condignas
decerni alijs probationibus suis tum et fundamentis volendo id docere
Et Iudicium hoc idem Castrense Capitaneale Branscense controversijs
suprascriptarum partium exauditis competenti actione admittenda

citati

Citati respondere decrevit A quo decreto Plenipotens citatorum ad Judicium ordinarium Generalia Tribunal Regni Lublinense inter causas conservatas recentium criminum apellavit eamq apellationem iuxta praescriptum constitutionum de criminalibus causis sancitarum ibi deferri petit. Pars vero actorea affectavit apellationem eiusmodi inter causas Pallatinatus Podlachiae Districtus Branscen admitti. Siquidem Regestrum causarum recentium criminum multiplicatum est et propter tardam et incertam incidentiam itinera saepissime multiplicantur inopia vero ipsorum delatorum id suffere non potest potius eam apellationem inter causas Pallatinatus Podlachiae vel eo itinere et sumptu prosequi. Judicium autem iuxta affectationem partis actoreae eam apellationem per Plenipotentem citatae interpositam inter causas Pallatinatus Podlachiae Districtus Branscen proxime celebrandi admisit Terminumq prosequendo et continuando eiusmodi apellationis dum ex Regestro causarum eiusmodi adiudicandarum inciderit partibus utriq paratum et peremptorie conservavit. Plenipotens itaq Citatae partis de prosequenda sua apellatione inter causas conservatas recentium criminum est protestatus. Judicium ibidem cum parte actorea est reprotestatum.

Woynow Arestatio

Proposuit Judicium et officium Instigator Judicij praesentis suis cum ipsis adiunctis delatoribus contra infranominatos citatos ex citatione Castrensi Branscen pro terminis praesentibus extradita cuius tenor eiusmodi sequitur Franciscus Joannes in Ilocus Lepkowski Branscensis Capitaneus Vobis Nobili Valentino olim Alberti Dulaski et filijs tuis Joanni Thomae Francisco Drazewski Mathiae Dulaski Kozak Michaeli Mathiae olim Andreae Sowela Joanni Kroma Joanni Dabrowski Andreae olim Stanislai Dulaski Joanni olim Joannis Dulaski Sebastiano Frednicki Salomoni olim Andreae Woyno Bartholomaeo Dolaski Joanni Dziegut Andreae olim Laurentij Dulaski de Dulasze haeredibus ex omnibus bonis vestris ubique Regio et nostra Capitanali autoritate mandamus ut in Terminis Judicij Simul et Querelarum ac Causarum officij Capitanalis Castri Branscensis Feria secunda post datam praesentis citationis proxime celebrandis personaliter et peremptorie compareatis ad Instantiam Instigatoris Judicij nostri et ipsius delatorum Nobilium Petri Christophori olim Joannis Martini olim Jacobi Marian Wolski olim Stanislai Joannis Alberti olim Stanislai Woynow Woynow mediatorum Qui vos citant ad Bannitionem et de Regno poteris dominijs eidem annexis proscribendum. Ideo quia vos unacum et de facto praesumpsistis Nobiles Martinum olim Debo Woyno Albertum olim Alberti Woyno de Woyny Woynow

haeredes